

Congregatio Pro Doctrina Fidei

Decretum generale

de delicto attentatae sacrae ordinationis mulieris

Congregatio pro Doctrina Fidei, ad naturam et validitatem sacramenti sacri ordinis tuendam, vigore specialis facultatis sibi a supra Ecclesiae auctoritate in casu tributae (cfr can. 30 *Codicis Juris Canonici*), in Congregatione Ordinaria diei 19 Decembris 2007, decrevit:

Firmo praescripto can. 1378 *Codicis Juris Canonici*, tum quicumque sacrum ordinem mulieri conferre, tum mulier quae sacrum ordinem recipere attentaverit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit.

Si vero qui mulieri sacrum ordinem conferre vel mulier quae sacrum ordi-

nem recipere attentaverit, christifidelis fuerit *Codici Canonum Ecclesiarum Orientalium* subiectus, firmo praescripto can. 1443 eiusdem Codicis, excommunicatione maiore puniatur, cuius remissio etiam reservatur Sedi Apostolicae (cfr can. 1423 *Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium*).

Hoc decretum cum in *L'Osservatore Romano* evalgabitur, statim vigere incipiet.

GUILIELMUS CARDINALIS LEVADA
Praefectus

ANGELUS AMATO, S.D.B.
*Archiep. Titularis Silensis
a Secretis*